

expectabunt qui descendunt in lacum ue-  
ritatem tuam. **V**iuens uiuens ipse confi-  
tebitur tibi: sicut et ego hodie pater filiis: no-  
tam faciet ueritatem tuam. **D**omine sal-  
uum me fac: et psalmos nostros cantabim?  
cunctis diebus uite nostre in domo domini.

**E**xultauit cor me. **Canticum Anne.**  
um in domino: et exaltatum est cor-  
nu meum in deo meo. **D**ilatatum est os  
meum super inimicos meos: quia letata sū  
in salutari tuo. **N**on est sanctus ut est dñs:  
neq; enim est alius extra te: et non est forni-  
sicut deus noster. **N**olite multiplicare loq;  
sublimia gloriantes. **R**ecedant uetera  
de ore uestro: quia deus scientiarum domi-  
nus est: et ipsi preparantur cogitationes. †  
**A**rcus fortium superatus est: et infirmi  
accincti sunt robore. **R**epleti prius pro-  
panibus se locauerunt: et famelici saturati